

Rudolph Christoph Henne

**Decanvs Ordinis Ictorvm In Perantiqva Electorali Modo Instavrata Emmericana
Academia Erfvrtensi D. Rvd. Christoph. Henne, ICtvS ... Solemnia Inavgvralia
Nobilissimi Et Clarissimi Ivrivm Candidati Dn. Francisci Ignatii Pape ... Die XVIII.
Ivnii MDCCCLXXIII. ... Indicit, Simvlqve Nonnvlla , De Genvinis Et Spvriis Litis
Contestationis Effectibvs, Praemittit**

Erfordiae: Literis Henrici Rvdolphi Nonnii, [1773]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1813331936>

Druck Freier  Zugang



K. K - 2 (q7)

1. Ayer de jure principis circa molas.
2. Hupeden de nepotum querundam in legitima ab aro institutorum cum reliquo discendorum libertorum jam defunctorum descendentibus mediatis concurrentium portione legali ejusque conputatione.
3. Hoffmann de venatu in terris praesulium Germaniae et archiepiscopatus Coloniensis non libeno sed regali habendo.
4. Tonnel rhapsodiae supplementa.
5. Tonnel de differentiis inter querelam in officiis quae parentibus ac liberis et quae fratibus competit.
6. Tonnel de differentia eis quae inter testamentum militare et pagani testamentum in hostio conditum.
7. Tonnel de furto qualificato.
8. Holtzhauser utrum poena capitali coerendus sit coratus homicidi iusimplacabilis proximus ex mente C.C. atque Marchico - Brandenburgicae.
9. Hoffmann de insignioribus defectibus jurisprudentiae criminalis Germaniae eorumque emendandorum ratione ac medio.
- Hoffmann de origine progressu et natura jurisprudentiae Criminalis Germanicae.
10. Kuegel quo processus genere ex libro censuali agendum sit.
11. Wiesand de pacto remissorio.
12. Chladenius de actibus et negotiis cum Leipso.
13. Nettelbladt de expensarum et pretii restituitione in retrovenditione.
14. Hoffmann specimen iuris prudentiae symbolicae veterum Germanorum.
15. Carrach pacta non sunt stricti iuris sed bonae fidei.
16. Habernicht de methodo iuris privati quo per Germaniam utimur.
17. Schmidt de servitutibus iuris publici falso nomine sic appellatis.
18. Stellefeld de divisione territoriorum Germanicorum.
19. Schott Speciem iuris Digestorum ad Tit: de justitia et iure.
20. Madihn de cautelis bachelarum.
21. Henne de privilegio personali, creditori ad rem emendam mutuum danti, onto super bonis debitoris concursu, competente.
22. Herred de legatis nuptiarum causa relictis.
23. Hetzer ad legem Lectoriam.
24. Henne de dominio pignoris germanici in creditorem translatio.
25. Henne de genuinis et spuriis litis contestationis effectibus.
26. Leyser de iusto factum.
27. Hoffmann de usu fructu in bonis filii militiam deferentis confiscatio in Haesia parentibus adscriptis.
28. Nettelbladt de decisione causarum secundum analogiam.
29. Platner de ampliando in diversis decernendis iudiciorum arbitris.

30. Schott an maritus sumbus in funis uonis factos et concus in
hujus bonis orto repetere jure perficit?
31. ad constitutionem Saracenicam de rebus concordatis.
32. Winterfeld quinque i. Rom. de compensatione et jure retentionis.
33. Menochion de Iudeo iuris iurandi suspicitorii hanc inopacem.
34. Pauli iustitiae vitae structae an iusta causa sunt diversi causa.
35. Triller de iurisprudentia poetarum.
36. Reinhard de usus iureconferto.

DECANVS
ORDINIS ICTORVM IN PERANTIQA ELE-
CTORALI MODO INSTAVRATA EMMERI-
CIANA ACADEMIA ERFVRTENSI

D. RVD. CHRISTOPH.
HENNE, ICTVS

EMINENTISSIMI AC CELSISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MO-
GVNTINI CONS- ILIARIVS REGIMINIS, PRAEDICTI ORDINIS
ET IUDICII PROVINCIALIS ADSESSOR, NEC NON CODI-
CIS ET IURIS FEVDALIS PROF. PVBL. ORDINARIVS

SOLEMNIA IN AVGVRALIA

NOBILISSIMI ET CLARISSIMI IURIVM CANDIDATI
DN. FRANCISCI IGNATII PAPE,

DICASTERIORVM ELECTORALIVM ADVOCATI ET ORDINIS SENATORII
MEMBRI

DIE XVIII. IUNII MDCCCLXXIII.

IN AUDITORIO IURIDICO COLLEGII ANSELMINI
PERAGENDA,

INDICIT,

SIMVLQVE NONNVLLA, DE GENVINIS ET SPVRIIS LITIS
CONTESTATIONIS EFFECTIBVS,

PRAEMITTIT.

ERFORDIAE, LITERIS HENRICI RVDOLPHI NONNII,

ACADEMIAE A TYPIS.

25
DECVNVS
ORDINIS ICOTORVM IN PRAVINIOA ET
COTRATI WODD INTAVRATA FUMPERI
CIVIV ACADEMIA ERTAERFENSI

D. RUD. CHRISTOPH.
HENNE. IC

FUENVENTISSIMI VC CDSASSINI PRINCIPES ET MASTERS
QUINTI CONSISTVRS RICOMMISS. PREBEDICTI ORDINIS
ET IADICAT PROVINCIALIS ADSESSOR. NEC NON COPI
EIS ET IADIS IUDICATIS HOC. IAC. ORDINARIUS

SOLEMNIJ NAVARATIA
NOVITISSIMA ET GLORIOSISSIMA TIRUM CANONIZATI
D. FRANCISCUS HENRIETTA PAPAE
PILATELIORVM EXCELESTIVVM AVOCATI ET ORDINIS SENSATIONI
MEMPHIS

DE XAVII. IUNII. MDCCLXIII.
IN ADDITIONE LVRIDICO CONTE ANSELMI
TURGENDI
RUDIC
SWEDE NOMINIS. DE GENIIS ET STARS ITIS
CONCERTATIONES EXCELENIAE
TARASCI

EXCELENIA. DE GENIIS ET STARS ITIS
EXCELENIA. DE GENIIS ET STARS ITIS



S. I.
litis contestationem in fundando processu, utramque facere pagi-
nam, & ad ipsam palmariam in iudicium deductam causam ad-
eo necessariam esse, ut sine illa ad vteriora, vel sententiam de-
sinitiuam deueniri non possit, a) extra omnem dubitationis positum est
aleam. Est enim illa iusta & categorica ad libellum responsio, & haec
iure Romano multis erat circumdata solemnibus, dum praeliminaria
circa litem mquendam prius erant excutienda, iisque demum excussis
iudicium dicebatur constitui & reus se contronersiae motae submitte-
bat, eleganter hoc docente Romanae eloquentiae principe CICERONE b).
Discussis & ponderatis praeliminariis, reus de causa principali disce-
ptanda se submittebat consiliarii, idque mutuo in iudices pedaneos con-
fessu, facta vltro citroque a partibus narratione, fieri solebat, eoque
ipso dicebatur ordinari & contestari iudicium c) & iudicium ipsum
remotis omnibus obstatulis futurae litii obicem ponentibus, erat sub-
eundum, ita, ut de ipsa causa principali, ad iudicem pedaneum causa
deuoluebatur, recte monente NOONTIO d) hoc vero pacto litem conte-
stari & iudicium constituere pro uno eodemque habebantur, vti probat
EMANUEL GONZALEZ TELLEZ e). Recte igitur rationes subducebant Ro-
mani, statuentes litis contestationem initium esse iudicii, & consensum
in iudicium hoc modo ordinatum, quasi esse contractibus annumeran-
dum, f) nec minus inde deriuandum, dominium litis non solum, sed
etiam periculum litis in procuratorem deuolutum, docente b) BOEH-
MERO. g)

a) c. 1. seq. X. vt lite non contest.

b) in partit. cap. 28.

c) l. 7. ff. de petit. hered. l. 19. ff. soluti. matrimon.

d) l. 16. ff. de petit. hered. l. 19. ff. soluti. matrimon.

e) 16.

f) 16.

g) 16.

d) lib. I. de Iurisdictione cap. 15.

e) ad cap. un. X. de litis contestat.

f) l. 3. §. 11. ff. de pecul.

g) in peculiari Diff. de dominio litis.

§. II.

Insignes proinde litis contestatae in iure nostro proditi sunt effectus, quorum in censum potissimum est referendum, quod actiones temporales lite contestata, sicut perpetuae, & actione paucioribus annis alias durante, ea semel in iudicium dedueta, ac desuper lite contestata, ad 30 annorum spatium terminus praescriptioni patens, extendatur, facta computatione ab ultimo actu iudiciali, animaduertente b. GRIBNERO a) inter hos etiam spectat effectus, quod hac ratione res fiat litigiosa, & nec possessor rem, nec actor actionem litigiosam alienare possit, sed potius, qui sciens illam alienat, vel sibi comparat, in fiscalem incidat poenam, b) actione alienata contra acquirentem, qui item continuare cupit, exceptio litigiosi ad eum a lite excludendum, competit c) cum lite pendente nihil sit innouandum. d) Nec minus etiam per item contestatam libelli impeditur mutatio, impeditque, quo minus nonum quoddam factum libelli fundamentum concernens possit substitui e) conf. STRYCK f) & WERNHER g).

a) in princip. proc. iudic. lib. 1. cap. 2. sect. 6. §. 7.

b) l. vlt. ff. de litigiosis & l. 2. c. de litigios.

c) l. 1. ff. de litigios.

d) clement. 2. vt. lit. pend.

e) l. 25. ff. de reg. juris. l. 3. c. de edend.

f) in usu moderno ff. tit. de edendo. §. 20.

g) select. obser. parte 1. obs. 141.

§. III.

Vulgo etiam inter litis contestationis effectus referri solet, quod Reus per illam in malae fidei possessorum sortem transeat, & a tempore litis contestatae, ad fructus & expensas teneatur, restituendas, addita ratione, quod litis contestatio ex bonae fidei possessore faciat malae fidei possessorem, quam absolum vero hoc sit principium, & analogiae juris e diametro contrarium faciliter demonstrari modo, leges enim de mala fide post item contestatam loquentes, cum grano salis sunt accipien-

cipiendae, & ad easum scientiae iniusti litigii restringendae, cum praecipuum malae fidei fundamentum in scientia rei alienae ponant a) & litis contestationi tunc solum effectum malae fidei tribuant, quando reus simul manifestis rationibus, est conuictus, quod res a se possessa aliena sit, tribuant, quod innuunt verba: *ex eo tempore, ex quo re in iudicium deducta, scientiam malae fidei possessionis accepit.* Reete proin rationes subduxit B. LEYSERVS b) statuens sententiam contrariam repugnare non solum naturae rei, sed & aequitati, & quidem naturae rei ea propter, cum mala fides sit scientia & persuasio, rem, quam tenemus, esse alienam, sola vero litis contestatio in se considerata, neminem persuadet, sed ad persuasioneum requiruntur argumenta intellectum conuincientia, dejnde etiam aequitati est iniqua, dum possessori statim necessitatem imponit, ex eo tempore, quo actione conuentus, ad eam respondit, possessionem suam dimittendi, & in aduersarium transmittendi, eumque restitutione frumentum & expensarum puniendi, cum tamen aduersarii iura adhuc turbida ac incerta sint.

a) I. 25. §. 7 ff. de haereit. petit. I. 2. c. de fructibus & litium expens. I. 40. ff. de haeredit. petit.

b) in mediat. ad ff. spec. 83. medit. §. vbi hac eleganti confirmat praeiudicio.

§. IV.

Quibus suppositis conclamatum est, soli litis contestationi non esse adscribendum, vt Reus confessim ad libellum respondens, malae fidei possessoris notam incurrat, facile enim potest fieri, vt optima sit instrutus causa, vel ad minimum verosimilibus opprimatur rerum argumentis, ex quibus optatum sibi praesagiat litis exitum, ex quo sponte sua deducitur, & prono fluit alueo, solam ad libellum responsionem, nec malam nec bonam inducere fidem, sed in dijudicanda hac quaestione, qualitatem causae omne punctum ferre.

§. V.

Accedit huic argumento & id, quod presumtio pro bona militans fide, non debit Reum indefessum relinquere, & simulac ad libellum responderit, in censem malae fidei possessorum referre, vel si non illico vietas det manus restitutione frumentum & expensarum coercere, ex quo clarae patet, illum qui rem, ab auctore praestito iuramento ^{suppleto}

torio restituere debet, ex eo demum tempore in mala constitui fide, quo causa mediante hoc iuramento est decisa, & hoc tempus demum esse, terminum a quo, quo expensarum & fructuum restituendorum est habenda ratio, ita, vt fructus ante & post litem contestatum hoc casu perceptos, neutquam restituere debeat, optime ita docentibus KLOCKIO a) LEYSERO b) & BROCKESIO c)

a) tom. 2. cons. 50. num. 58.

b) in meditat. ad ff. specim. 99. coroll. 1.

c) in peculiari Dissertatione de litis contestatione malam fidem non inferente.

§. VI.

Ex stabilito hoc principio porro sequitur, neque eiusmodi Reum pro debitore moram committente posse haberi, prouti PAVLVS a) pronuntiat, iustitia siquidem causae effectus morae iniustum dilationem supponentis, susflaminat & impedit, quo minus ipsi culpa quaedam in omni mora supposita, imputari queat, ex quibus porro deducitur, ipsum neque de culpa respondere, nec mortalitatem, aliumue casum fortuitum praestare debere b).

a) l. 24. princ. ff. de usuris.

b) l. 40. ff. de haereditatis petitione.

§. VII.

Eadem quae hucusque de litis contestatione in medium sunt producta, hodie in plerisque etiam adscribuntur citationi, ita, vt eosdem producat iuris effectus, interrupit enim praescriptionem a) operatur, vt obiectum litis sit litigiosum b) inducit ex parte magistratus praeventionem, & perpetuat iurisdictionem c) proinde nullum superest dubium, quin modo dicta etiam ad citationem ex identitate rationis, sint applicanda, & ad normam thesium antecedentium eadem statuenda, hoc modo, vt nec citationi in se consideratae mala insit fides, sed semper ad scientiam rei alienae veniat respiciendum.

a) l. 2. & 3. C. de ann. Concept. l. 3. C. de praescript. 30. vel 40. ann.

b) steth. litigios. C. de litigios. Nov. 112. cap. 1.

c) l. 16. ff. de iurisdic. l. 7. ff. de judicis.

§. VIII.

S. VIII.

Ex quibus omnibus rite ponderatis, rite statuit celeberrimus vir
JOANNES MELCHIOR GOTLIEB BESECKE ^{a)} ex eo demum tempore bonae fidei possessorum in malae fidei degenerare notam, quo sententia vires rei iudicatae est nostra, antea enim timidi & abiecti hominis esset notio, si quis ius suum absqueulla defensione derelinquere velit, cum ex hoc temporis tractu primum conscius fiat, se non iure rem possidere, antea vero, cessante causa, etiam cessare debeant effectus malae fidei, quam iura nostra numquam praesumunt, & non nisi certis suppositis circumstantiis, animaduertunt.

^{a)} in programmate: Num litis contestatio semper inducat malam fidem, Halae
1772. publicato §. II.

Praemissis hisce, me ad illum, qui mihi hanc paginam fecit, &
qui huic scriptiōni ansam dedit, me conuerto, est ille

NOBILISSIMVS AC CLARISSIMVS

DN. FRANCISCVS IGNATIVS PAPE

DICASTERIORVM ELECTORALIVM ERFVRTENSIVM ADVOCATVS ET ORDINIS

SENATORII MEMURVM

IVRIVM CANDIDATVS DIGNISSIMVS,

qui de rebus ad se ipsum spectantibus, sequentia propriis recenset verbis;

Ego FRANCISCVS IGNATIVS PAPE

Natales debo Thuringiae metropoli die 31. Martii 1737. Patrem veneror virum
praeponibilem & consultissimum IOANNEM IODOCVM PAPE I. V. D. Dia-
costeriorum Electoralium Erfurtensum Aduocatum Seniorem, & Sacri Palatii caesa-
rei comitem, matrem vero colui ELISABETHAM SABINAM natam OTTO, multos
ante annos pia morte extinctam. Prima literarum fundamenta in schola triuiali
S. Augustini praeeunte Auraeo KOEHLER posui, deinde Gymnasium Societatis Ie-
su humaniorum percipientorum causa per quinquennium frequentavi, usque absolutis
philosophiae uniuersae cursum in Monasterio Scotorum fidi & admodum probata
doctrina R. P. ERHARDTI GRANT, O. S. B. Fac. Philos. Adjess. & P. P. O.
adiutus excolui, deinde vero ad ipsa iurisprudentiae sacra mis accinxii, in usque per-
tractandis, usum Ducibus viris illustribus & consultissimis Dr. IOANNE GEOR-
GIO BRUCKMANN, I. V. D. ciuitatis praetore & prof. publ. ord. nec non Dr. IO-
ANNE CHRISTOPHORO SPITZ, I. V. D. Electoralis Regiminis consiliario, ciui-
tatis consule primario & P. P. O. quorum doctrina instructus, Institutiones Iuris, Di-
gesta, Ius Feudale, Ius Publicum & Canonicum intra quadriennii spatium rite emen-
sus

sus sum, ad praxin vero forensem Parentis numquam satis venerandi instruptione dignatus sum, cuius etiam beneficio debo, quod Notarii caesarei publici dignitas praevio examine in me fuerit collata. Nec mibi honorum portae diu manserunt reclusae, anno enim 1769 concordibus Senatus Procerum suffragis dignitas Senatoris ad mercaturam spectantes, curantis, mibi fuit collata, & ab Eminentissimo Principe Electore spartae huius confirmationem clementissime impetraui, nec minus 1772. commissione Elemosynariae ab auctis constitutus sum, & denique nuperrime Perillustre Regimen Eleitorale Erfurtense praevio examine & reliquis editis speciminibus in Advocatorum me perquam gratioje recepit numerum.

Cum igitur Noster nihil eorum hue usque intermisserit, quae ad legalem iuris scientiam pertinere videntur, studiorum fiducia fretus, nostrum lireris cum in finem exaratis, adiit ordinem, atque ut ad consuetu*m* iurium candidatis subeunda specimina admitteretur, ea qua decet modestia periit. Laudabili huic desiderio locum dantes, textus utriusque iuris enodando*m*, ipsi praescripsimus, quos rite explicauit, & in examine rigoroso ita stetit, ut ipsum omnino dignum, qui ad petitos honores ex merito admitti possit, iudicauerimus, Publica igitur nunc restant specimina, quibus edendis dies XVIII. Iunii est statutus, quo die horis consuetis 1. 40. princ. ff. de haeredit. petit. electionis cursoriae loco, interpretabitur, & deinde Dissertationem suam inaugurem

DE

EFFECTIBVS CLAVSVLAE CODICILLARIS

meo sub moderamine eruditorum conflicti subiiciet. Ut igitur utramque hanc panegyrin sua cohonestare velint praesentia Rector Academiae nostrae Magnificus, nec non Perillustres Barones, ut & reliqui Academiae proceres, ac ciu*m* Academicorum corona, decenti honoris cultu invitantan*m* & rogantur. Publ. sub Sigillo Facultatis Iuridicae Dom. 2, post Festum Trinitatis MDCCCLXXIII.

L. S.



casum scientiae iniusti litigii restringendae, cum praelei fundamentum in scientia rei alienae ponant a) & liunc solum effectum malae fidei tribuant, quando reusationibus, est conuictus, quod res a se possessa aliena sit, triuant verba: *ex eo tempore, ex quo re in iudicium deducta, confessionis accepit.* Rekte proin rationes subduxit B. LEY-fidentiam contrariam repugnare non solum naturae*ti*, & quidem naturae rei ea propter, cum mala fides iusatio, rem, quam tenemus, esse alienam, sola vero lise considerata, neminem persuadet, sed ad persuasio-argumenta intellectum conuincentia, deinde etiam*ia*, dum possessori statim necessitatem imponit, ex eo ione conuentus, ad eam respondit, possessionem suam aduersarium transmittendi, cumque restitutione fru-*rum* puniendi, cum tamen aduersarii iura adhuc turbiri-

de haereit. petit. 1. 2. c. de fructibus & litium expens. 1. 40.
t. petit.
d ff. spec. 83. medit. 5. vbi hac eleganti confirmat praecuidicio.

§. IV.

ositis conclamatum est, soli litis contestationi non es-
t. Reus confessim ad libellum respondens, malae fi-
am incurrat, facile enim potest fieri, ut optima sit in-
l ad minimum verosimilibus opprimatur rerum argu-
s opatum sibi praesagiat litis exitum, ex quo sponte
prono fuit alueo, solam ad libellum responsionem,
nam inducere fidem, sed in diiudicanda hac quaestio-
use omne punctum ferre,

§. V.

argumento & id, quod praefumto pro bona militans
Reum indefessum relinquere, & simulac ad libellum
ensum malae fidei possessorum referre, vel si non illis
restitutione fructuum & expensarum coercere, ex
illum qui rem, ab aetore praestito iuramento ~~supple-~~
torio

(2)